



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De episcopis peregrinis. cxvi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

gratis non tribuunt: quia fauoris nummū de impenso officio sanctitatis experunt. Vnde cū virū iustum describeret Elaias, ait: Qui excutit manus suas ab omni munere: quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus à manu, aliud munus à lingua. Munus ab obsequio, est subiectio indebitè impensa. munus à manu, pecunia est. munus à lingua, fauor: Qui ergo sacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in diuinis rebus non solū vllam pecuniam, sed etiam humanam gratiam non requirit.

*Vt non valeat sententia episcopi, nisi clericorum suorum præsentia firmetur. Cap. CXIII.*

**I**Rrita erit sententia episcopi, nisi clericorum suorum præsentia confirmetur. *Ex cōcil. Cartha.*

*Vt episcopus secundum reditum Ecclesiarum numerum clericorum faciat. Cap. CXV.* *cap. 23.*

**N**E passim episcopus multitudinem clericorum faciat, sed secundum meritum, vel reditum Ecclesiarum numerus moderetur. *Ex cōcil. Spalensi, cap. 1.*

*De episcopis peregrinis. Cap. CXVI.*

**D**E episcopis peregrinis qui in urbem solent venire, quos veraciter episcopos scimus esse, placuit eis locū dari vt offerant. *Ex cōcil. Aralateni, cap. 20.*

*Vt leuitate vagantes episcopi, ad propria redire compellantur. Cap. CXVII.*

**C**vm sacerdotis dignitas aliis videatur dignitatibus eminere, ita quisquis ea ornatus est, cunctis se imitandum debet ostēdere, vt exemplo sui nulli nocere, sed vitam potius valeat componere subiectorū. Nam si actus dissentiat à nomine, quanto pontificatus ipse plus erigit, tanto magis abdicat. Itaque Menatem quendam episcopum, qui illuc de dioceseos nostræ ordinatione profectus est, in tanta se leuitate didicimus exhibere, vt & nobis de eo maior sit verecundia, & illi episcopatus nomen non sit in honore, sed onere. Quod quia pudori nobis est, de eo illa cognoscere, quæ in aliarum prouinciarum omnino reprehendimus sacerdotibus, fraternitas vestra eum illic immorari amplius non permittat, sed ad nos quantocyus reuerti compellat. Ac magis inuenta per omnia occasione transmittat, vt sub ea qua dignum est obseruantia refrenant.

*Ex regist. Gregor. papa. ad Siagrium episcopū Augu- studunū, cap. 12 2.*